Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



creatore adornatus. dotibus anime in celesti glia
prout speramus beatificatus. Eya et eya in presen
ti necessitate et infirmitate ad te venio. ad te cla
mo suspirando te deprecor vt mihi veniam de com
missis impetres. a pnitibus malis me liberes. a futu
ris me cohibeas. et ab imminentibus corporis peri
culis et anime me custodias. vt tua directone in
viis mandatorz creatoris consistam. vt sic te duce
te rectore tuis sanctissimis directionibus omnia
mala euadere valeam. O benignissime princeps
ex tua solita pietate ac benignitate. interede pro
me misero peccatore apud omnipotentem deum. vt
in fine vite mee mihi concedat spacium vere penite
ce. cor contritum et humiliatum. satisfactionem
de commissis et omissis. cunctisq; meis negligenciis
venialibus et mortalibus indulgenciam tribuat.
et a subitanea et impuisa morte me custodiat. atq;
vt me ipse saciat et pascat suo sacratissimo corpore
quod ipse deo patri pro me et cunctis peccatoribus
obtulit in ara crucis. Demum in exitu anime ab
inimicis meis visibilibus et invisibilibus me tueatur.
vt sic ipsorz asperitatem cum gaudio superet.
Quod ipse mihi concedat tuo sacratissimo inter
uentu qui in trinitate perfecta viuit et regnat
deus in seculorz seccula benedictus. Amen
Et vere beatissime pater impium dici posset et se
uerum omnibus videretur huiusmodi deuotione
diminuere quod esse non posset sine maximo scan
dalo inclite domus austrie. ac totius patrie illius.
et in fidei ac religionis cristiane diminutionem
et contemptum. preterea consultius immo necessariu
nedum expedientis fore censendum est. ad plenariam
canonisationem ipsius beati leopoldi vt instanter
petitur procedendum. cum eciam si de aliquo errore
aplice sedis in huiusmodi canonisatione quoquo modo
posset dubitari. cum tn re uera scitis vestra in
consili negocio errare non possit. vt plene prosequit
sctus tho. in suo quodlibeto. et plene habetur in. c.